Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

psalmus dauid · finis iste significat illum · nonnquo deficitur · sed inquo crescitur · qui nobis intuum boni est · finis mali · Pro occulus filii · personam significat saluatoris · cuius mysteria & iudicia nobis sunt occulta · Totus hic psalmus in persona ecclesiae per prophetam cantur ⁊

Prophetia laetum se dicit dno psallturum · quo confudit diabolum pauperumq · sanguinem uindicat & peccatores cum anti xpo dicens pertituros · iudicii tempus uelocit aduenire depcatur · nec cuiuslibet iniquitus ultra preualeat ⁊

CONFITEBOR tibi dne in toto corde meo · narrabo omnia mirabilia tua ⁊

In toto corde confitetur dm · qui nullis cogitationibus mundanis fluctuat · quod est perfectorum · acsi dixisset · quantum me docuisti · tantum narrabo ⁊ Qui narrat quantum intellegit · omnia mirabilia di narrat ⁊

Plus est enim · exultare quam laetari ⁊ Exultare est animi et corporis motu maiori gaudere ⁊ Psallam · opere compleam ⁊ Nomen patris · filius est altissimus · ipse est ds ⁊

Laetabor & exultabo in te · psallam nomini tuo altissime ⁊

In conuertendo inimicum meum retrorsum · infirmabuntur & peribunt a facie tua ⁊

Inimicum dicit diabolum · cui dns dixit ⁊ Uade retro satanas ⁊ Infirmabuntur · hic pluraliter omnes satellites diaboli comprehendit · quia prius fortes erant propter peccata nostra · modo infirmi · nos autem in do fortes ⁊ Peribunt ante faciem · id est ante gratiam xpi ⁊

Fecisti iudicium meum · Vox ecclesiae · acsi dicat gentes elegisti · iudaeos reprobasti · Causam meam · id est causasti prome contra aduersarios et euindicasti me · et fecisti causam meam bonam ⁊ Thronii · grecii est ⁊ Latine · sedis · quia unusquisq · sedes di e · hic presens tempus profituro dixit · Iudicas · iudicaturus sit aequitatem ⁊

Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam · sedisti super thronum qui iudicas iustitiam ⁊

Increpasti gentes · & periit impius · nomen eorum delesti in aeternum & in saeculum

Increpasti gentes · per apostolos quia idola adorabant · et periit impius · quia ab impio per praedicationem factus est pius ⁊ Nomen eorum deleuit · id nom impietatis ⁊ In aeternum · futurum regnum significat · qd nulla aetate nullo tempore finit